

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
JUDICIO OCULARI,

Quam

SUB PRÆSIDIO

1709,

DIVINÆ MAJESTATIS
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,

SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-

SIARUM MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-

NONICO CAPITULARI SENIORE,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE

ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c. &c.

PRORECTOR MAGNIFICO

DN. JOANNE PHILIPPO Streit/ J.U.D.

Regiminis Electoralis Moguntini Consiliario & Facult. Jurid.

p. t. DECANO,

Ex Decreto & Authoritate Magnifici Jutorum Ordinis

IN ACADEMIA ERFURTENSI

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure HONORES & PRIVILEGIA

DOCTORALIA capessendi

In Auditorio Juridico Majori

Die 4. Maij horis confusis

publice defender

CHRISTIANUS SIEGFRIEDUS Hahn / Lsaltzens.

Erfordia, Typis Groschianis, Acad. Typograph.

MAGNIFICUM
Præ-Nobilissimos Prænobiles Amplissimos
atque Consultissimos Viros

DOMINUM

JOHANNEM
Rockenthien /

JCTum Consummatisimum, Serenissimi
Ducis Saxo-Weissenfeldensis Consiliarium
splendidissimum & Præfecturæ Salzen-
sis Directorem gravissimum

nec non

DOMINOS

CONSULES, CAMERARIOS
cœterisque inclytæ Reipublicæ Longen-
salzensis
SENATORES
maxime conspicuos

THESIUM HARUM INAUGURALIUM DEDICATIONE

ea qua pat est observantia atq; submissione veneratur
eorthique
favorem ac benevolentiam perennantem erga se esse cupit

A L I T O R



I. N. D. N. J. C.

TH. I.



Ides oculata seu probatio quæ sit
per ocularem inspectionem est
inter omnes probationes firmissi-
ma utpote cui omnes præsumtio-
nes contrariae cedunt secundum
sententiam Gail. 1. Obs. 26. n. 9.
Klok. vol. 2. conf. 41. n. 338. Vultej.

2. Conf. 29. omnium optima & perfectissima tradente
Bald. ad rubr. C de probat. n. 1. & inter modos proban-
di eam primum habere locum ajunt Mastardus de pro-
bat. 1. c. 8. n. 3. & 4. Berlichius 1. concl. 46. n. 1. Coler.
de proc. Exec. p. 3. c. 9. n. 123. conf. hanc in rem Azo in
summ. tit. C ad Leg. Aquil. Unde nunquam aliqua lege
rejecta aut exclusa centetur Brunn. ad l. 8. ff. fin. regund.
item ad L. 3. C num. 15. fin. regund. Quin præ-
sumptionem juris & de jure eadem ipsius rei evidentia in-
fringat DD. Hun. Encyclop. Jur. Part. 2 tit. cap. 2. n.
21. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 28. ff. 19. Tabor in Barb.
locuplet. libr. 13. tit. 13.

TH. II.

Est autem ocularis inspectio rei de qua agi-
tur præsentis per visum consideratio facta judiciali

autoritate convocatis iis, quorum interest, indagandæ atque demonstrandæ veritatis causæ. Est actus quo ad fidem judici faciendam, res alias controversa ritè solenniterque oculis subjicitur *Ord. Proc. Sax. tit. 28. in pr. add. L. 8. t. 1. f. fin. regund.*, *L. 1. C. de Canon. frum. Urb. Rom.* quæ alias hisce exprimitur rem oculis usurpare, rem oculis subjicere, suis rem intueri oculis Germanicæ Augenschein, augenscheinliche Besichtigung. Hanc distingunt quod vel ex officio vel ad petitionem partis litigantis instituatur. Utraque vel principaliter seu primariò, cum sola ocularis inspectio alicujus rei petitur vel incidenter, quando lapidum examinationi elevatio- nive clausula ocularis inspectionis adjicitur *Rulant. de Commiss. p. 2.3. c. 2. Gilhaus. arbor. jud. civ. part. 2. c. 6. Z. 7. n. 2.*

TH. III.

Causam efficientem si consideramus est vel remota vel propinqua. Remota est juris disposi-
tio. Quod Jus naturale & gentium attinet, fundamen-
tum ejus nicitur æquitate, quæ cuique suum tribuere ni-
titur *arg. L. 31. f. ff. depos.* & propriea etiam jure. Ci-
vili probata est, uti patet *ex L. 8. pr. & Z. 1. ff. fin. reg.*
L. 4. in pr. ff. de dam. infect. nec min. Jure Canonico
sufficit allegare *C. ult. X. de probat.* *C. ult. X. de frigid.*
Jura statutaria quoque judicium oculare recuperunt vid.
Jus Saxon. L. 1. art. 42. item Ord. Proc. Sax tit. 28.
von Augenschein quibus accedit Ulus quotidianus & ob-
servantia fori testante *Carpz. Jurispr. for. Consist.* &
Pr. Rcr. Crim. Gail. Durand. in spec. Brinn. ad L. 8. f.
fin. Berlich. p. 1. capel. 47. n. 38. Causam efficientem,
propinquam constituant Judex, Actor vel Reus.

TH. IV.

TH. IV.

Finis ocularis inspectionis videtur duplex.
Intermedius sc. instituitur vel iudicis committentis causâ ut ipse rectius & facilius dicta testimoniū interpretari possit, vel ingratiam Commissarij examinantis testes, ut iis dexterius de omnibus circumstantiis loci controversi testes possit examinare vel denique in gratiam testimoniū ut iis tanto certius de circumstantiis quæstici veritatem depoñere queant *Gilhaus arb. jud. p. 2. cap. 6. p. 7. n. 8.* Et ultimus sc. ut lites abbrevientur & earum citius inveniantur terminus, eò enim præcipue sunt inventæ probatio[n]es & in specie judicium ocularē & huc spectat effatum Imperatoris in Z. f. J. de grad cognat. magis veritas oculatā fide quam per aures animis hominum insigitur, hinc uni testis deponenti de visu plus creditur. quam centum aliis de Auditu affirmantibus *Azo. insūm. tit. C. dd. L.*
Aqu. Magis enim in animum descendunt ac hærent quæ visu sunt percepta sæpius quoque accidit ut sine inspectione oculari neque Judex neque Advocatus instrumenta vel testimonia recte intelligere nec ipsi nec testes causâ ac rei veritatem quandoque exponere possint, nisi in rem præsentem durantur & ibidem de rei conditione testimonium pehibeant. *Magnif. D. Hertius in Comment. ad Isp. Universi tom. 3 pag. 223.*

TH. V.

Negotia circa quæ inspectio ocularis versatur in genere, sunt, quorum magis judicium quam testimoniū requiritur; seu quorum judicium magis dependet à visu. Ac ob id displicet illorum sententia qui certos casus inspectionis ocularis statuunt ut alii quindecim, alii plures, rectius autem dicitur, quod sint variis & ob id certo numero comprehendendi non possint *D. Hertius*

in Comment. ad Jurisprud. Univ. tom. 3. p. 223. M. v. us
pag. 4. dec. 139. n. 1.

TH. VI.

Primo enim illa locum habet in personalibus quando queritur an quis homo sit an monstrum; nam Liberorum nomine monstra non venire, cautum in L. 14. ff. de stat. hom. l. 38. de V. S. l. 10. X. 3. de Ædit. Edic. quod adhuc hodiè servari & inde per monstrorum partum successionis commoda non transferri patet Lex. 3. C. de Polium hered. add. D. Stryck in Us. Mod. de statu hom. Ut autem hujus inspectio seu judicium privatis relinquatur, non satis congrum etenim ratio svalet ut à Magistratu de monstrosa forma judicium feratur. Inde falluntur qui partum monstrorum à quolibet occidi posse concludunt. Ratio tamen dubitandi, quod videlicet enecare hujusmodi partum valeant, desumitur inde quod monstra possint occidi nec eadem interficiens ex L. Cornelia de sicariis teneatur arg. L. 14. ff. de stat. hom. Jason in l. 3. C. de posthum hered. instit. Menoch. de arb. jud. quest. l. 2. cap. 491. num 27. Mauritium Imperatorem tunc natum monstrum occidi præcepisse, Ecclesiæ approbante, testatur Nicephor. 18. cap. 35. alii distingendum putant, an id, quod nascitur contra formam humani generis converso more, aliena vel planè horrenda assumpta specie procreatur & in quibus homana forma prorsus cessat, extincta & abolita est; v. g. si mulier procreat canem, an verò pars corporis minus principalis à natura hominis declinet; v. g. si mulier eritatur canem cum capite humano, vel hominem cum pedibus caprimis; priori casu Dd. eadem occidi posse concedunt, altero verò non. Sed satius est, ut nec priori casu id clanculum & sine intercedente Magistratus præscitu fiat.

Anton.

*Anton. Mornac. Comment. I. ff. ad L. 14. de stat. hom. Stryck.
U. Mod. ff. de stat. hom. Zachias l. 7. tit. 1. q. 1. n. 12.*

TH. VI.

Fides oculata s^ep^ee necessaria est , si partus immaturus arguatur, quod dignosci poterit ex membro- rum & ipsius corporis imperfectione , digitis pedum manuumque non interdistinctis , sed invicem coharen- tibus ex ungibus parentibus aliisque si fortassis quinto aut sexto mense editus. Etenim partum immaturum dicere res haud exigui praejudicium est , & in successioni- bus & divisionibus h^ereditatum summam habet utilita- tem ; si enim partus spiritum duxerit vel spiraverit saltem rumpit testamentum & jus succedendi transferatur in h^eredes l. quod dicitur ff. de lib. & posthuni. inst. Carpz. p. 3. C. 17. 19. quapropter DD. inspectionem obstetricum aut Medicorum requirunt. *Mascard. deprobat. concl. 1089.* & concil. 1125. Partus enim imperfectus & immaturus, quia vivere non potest , habetur vel pro mortuo vel pro plane non pato. *Infran. sextum mensem natus & vitalis, non est legitimus uti vult Borous l. 2. cons. 32. n. 34. ast DD. eum ad successionem admittunt, Carpz. p. 3. c. 17. defin. 18. ac cum hodie tempus nativitatis attenditur illegitimum eum censi, non puto. Richt. decis. 80. n. 13. quamvis parentes ex statutis anticipati concubitus poenam luant, Card. Jurisprud. Eccl. l. 2. def. 131.*

TH. VII.

Celebris est questio , an per ocularem in- spectionem virginitas recte probetur. De qua re dicit Menoch. de praesant. L. 6. pr. 89. si obstetrices vel matro- na perit^a tacta inspectaque muliere, referunt & attestan- tur, illam non esse virginem, sed corruptam : Eo casu corrupta pr^asumitur ; sicut è contra a fortiori, si attestan- tur

cur, se crēdere illam esse virginem pr̄sumitur virgo; ast
in fine adjicit, quod dicimus, credendum esse obsterri-
cibus & matronis aliquam esse virginem, vel corruptam
dubitatiōne probabili non caret, cum fallax sit obsterri-
cis manus; *Ambroſius l. 8. Epift. 64.* inquit: Neque ali-
quis putet, se posse hac excusatione defendi, quod & in-
ſpici & probari possit, an virgo sit, cum & manus ob-
ſtricūm & oculi ſape falluntur. Et quondam in facto
contigit, quod puella quādam fuerit tradita duabus ob-
ſtricibus, ex improviso vocatis quā inspecta, cum jura-
mento retulissent, illam esse adhuc virginem postea ta-
men reperta est pr̄gnans; & cum per Curiam procede-
retur contra dictas obſtrices propter falfam relationem
ſe excusarunt, tam maxime quod hoc indicium per ſe
propemodum, sit falfax.. *Bajard. in not. ad Jul.*
Clar. Prax. Crim. qu. 4. n. 7. Richt. vol. 2. Conf. 6. n. 6.
Apud Hebræos non obtinuit talis virginum inspectio. Tra-
duunt in Israel olim introductos fuſſe ſponsam & ſpon-
ſum in thalamum, eosque foris obſervasse testes, qui
vocati fuerint amici ſocij & poſtquam illi ſeparati fuſſe-
rent, ingressos testes accepiffe veftem ſuper quā concu-
buſſent, & in qua ſangvis appareret, eamque veftem
ſudarium linteolum pannum nuncupaffe. *Hertius ad*
Jurispr. Univ. tom. 3. p. 231. Matth. de Afflict. decif.
236. n. 3. quod vero hæc effuſio ſangvinis non attestatur
virginitatem, docet D. Paul Amman. *Medic. Critica disp.*
73. Alium explorandi modum oſtendit Fulv. Pacian. *depro-*
bat. Lib. 2. n. 40. ubi ſcribit: Apud Gentiles antiquam
opinionem fuſſe, ut virginibus primo coitu collum
graffius efficeretur. Ideoque ad probandam virginita-
tem die pr̄cedente antequam cum marito ſponsa coiret,
ſilo collum puellæ circumdabant & poſt coitum mane
ſequen

sequentि eodem filo collū metiebantur, & si illud grassius
factum invenieabant, sponsam fuisse virginem arbitraban-
tur. Simon in pref. Academ. Saniores statuunt, quod ob-
stetrics, si causam assertionis suę in judicio adjecterint
omnino præsumptionem faciant, licet non statim pro-
bationem omni exceptione majorem tum maximè si ac-
cedat fama crebrioris conversationis cum juvenibus
Menoch. lib. 5. Praef. 41. l. 6. praef. 89. Besold. Vol. 4.
Conf. Tübing. 244. 18. Ac sic hodiè ex Ordinatione
Crim. Caroli V. inspectio locum habet, sed tantum iis
in foeminais, quæ suspectæ sunt quod vel enixa sint, vel
necuerint partum. Verba art. 35. ita habent: So
man eine Dirne / so für eine Jungfrau gehet / in
Argwohn hat / daß sie heimlich ein Kind gehabt
und ertötet habe und dieselbe Dirne eine Person ist
worzu man sich der verdachten That versichern mag
so soll sie durch verständige Frauen an heimlichen
Städten / als zu weiter Erfahrung dienstlich ist / be-
sichtigt werden. Hinc si stuprum violentum cum im-
pubere puella, commissum dicitur, illud inspectioni &
judicio obstetricum, aut aliarum honestarum & peri-
tarum foeminarum committitur *Conf. Eletz. Sax. 31. verba*
und solches ist durch Erkundigung / und sonst befndlich
Carpz. Prax. Crim. p. 2. q. 75.

TH. IX.

Per inspectionem s̄epe judicatur, an sit prægnans
mulier, vel non Jure Romano triplici potissimum ex
causa obtinet. Si mulier post divortium marito denun-
ciet, se ex ipso esse prægnantem *L. I. §. 42. de agnosc. & a-
lend. liber.* Huic denunciationi ut statim fides habeatur,
non conductit, s̄epe mulieres volunt fingere se gravidas,

B
possunt

possunt forsitan culcitrā aut quid firmile supra ventrem ponere vel etiam tunc trahendo spiritum movere ventrem & ita omnibus figuram aliquam embryonis in utero viventis & se moventis effingere, adeoque eos ad credulitatem adducere. *Simon in præf. Acad.* Ideoque expedit marito, personas ad inspiciendum idoneas mittere, quæ de gravitate cognoscant. *Stryck. de Jure seni. p. 44.* (2) Si post divortium se ex viro prægnantem esse negaret *L. 1. de ventr. insp.* tunc tres obstetrices probatæ artis & fidei simul omnes eandem inspicere & in referendo contestes esse debent dicentes, se vidisse & tetigisse ventrem durum & tumefactum, cum & hoc sæpe evenit non ex prægnantia, sed ex aliqua infirmitate. *Claud. Zut. in repetit. L. prægnantes num. 37 ff. de pœnis* (3) si uxor post mortem mariti se ex eo prægnantem esse affirmet, *L. 1. §. 4 ff. de ventr. insp.* In hoc ultimo casu conductus inspectionem ventris adhibere, quod præsertim contingit nobilibus, ne vel partus supponatur, vel post obitum mariti se imprægnari patientur & deinde ad vulgare undecimestris partus præsidium confugiant. *Haben. Wefenb. de Ventr. insp. num. 1. Mulierculæ etiam non nunquam prægnantes sibi videntur, aut sanguinis tributo, aut aliqua valetudine inflata. Hertius Com. ad Isp. Univ. p. 3. p. 234. Fidelis 3. relat. medic. scilicet 4. c. 1.*

TH. X.

Experientia testatur, quod sæpe conjuges divortium propter impotentiam coëundi querant; tunc potentia & impotentia generandi in foeminis æque ac masculis inspectione exploratur. Hoc consilium suggerit Innocentius in cap. fraternitatis 6. X. de frigid. & malefic. Matronas quasdam providas ac honestas advoçari vult, quibus strictè

strictè injungatur sub periculō animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspiciant, & inquirant diligenter, utrum idonea sit ad viriles amplexus. Igitur si impotentia nuptias præcesserit & possit probari per inspectionem matronarum bona opinionis, fide dignarum ac expertarum in opere nuptiali, reddit maritum, si voluerit, liberum à fide datâ conjugali atque sic pronunciarunt Dn. Assessores Consistorii VVitteberg, apud Dedeken Vol. 3.
l.l. scđ. 6. Quæritur hic si uxor eo tempore, quo nupsit, virgo fuit, & post cum viri cohabitationem adstruere velit, virum esse impotentem, seque adhuc virginem ait, an tum magis Viro credendum, concubitum affirmanti an vero uxori, per obstetrices virginitatem probare conanti? R. ex cap. proposuisti 4. x. de probat. quod juramento puella & testimonio septem mulierum fides sit potius habenda. Obstare videtur Cap. continet batur 6. de despousat. impub. ubi in probanda copula, id est, commixtione corporis statutur juramento Viri, non mulieris, eð, quod secundum hunc textum Vir est caput mulieris. Verum adhibitā distinctione res concilianda est, aut enim mulier negans copulam probare id ipsum potest per inspectionem corporis, quod adhuc incorrupta & virgo sit, aut jam antea corrupta fuit, tunc per inspectionem probari non potest, sed potius mariti confessio- ni creditur.

TH. XI.

Mendicantibus invalidis elemosynam dare, piuum est. Deuter. 15. Non deerunt pauperes in terra habitatio- nis tuæ, id circa ego præcipio tibi ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Hinc Carolus V. Imperator Að. 1548. legem tulit, ut Ma-



gistratus quilibet in sua prospiceret Jurisdictione, ne cuique mendicare liceat, nevè permittatur ei, cui nulla est deformitas, vel defectus corporis, quivè non indiget, ut mendicorum liberi ad laborem apti parentibus admantur & opificiis addicantur, aut ministeriis, aut aliis servitiis. *Menoch. arbitr. jud. qu. 432.* At cum sàpè mendicantes validi sunt, qui omni infirmitate corporis carentes malunt mendicare ostiatim, quam honesto labore famem repellere, uti ostendit *Crus. L. XI. Ann. Suevic. part. 3. c. 20.* exemplum puella Eslingensis qua sibi arte fecerat ventrem pulvinaribus & arcubus suffultum. Multi fucatis coloribus se pallidos exhibent populo fingentes, se infirmos ut eleemosynas extorqueant, quapropter tanquam falsarii puniendi sunt. Hinc Imperator *Lib. XI. Cod. tit. 25. jubar.* quoniam ex inspectione corporum comprehendì potest sanitas, vel infirmitas, ut membra mendicantium inspiciantur quo palam constaret, vera ne essent, an ficta membrorum confractio, oculorum evulsio & tumefactio corporis totius trepidatio. *Perezius ad h. 1. Ceterum.* poena in lege Imperii constituta hodiè non obtinet, sed publicis operibus destinantur vel pro magnitudine dolii admissi poena fustigationis tenentur; falsitatis imaginem habet hoc crimen & furto simillimum, *Carp. Prax. Crim. p. 2. q. 93. num. 75.* Cæteri, qui morbo impediuntur aut mutilo corpore ad labores sunt inhabiles, Xenodochiorum subsidio sustententur. Nulla vero poena sed magna dignum esse eleemosynā istum mendicantem validum, DD. statuunt, qui pro sua nobilitate clami & occultè mendicat cum erubescat petere, juxta illud *Matthœi cap. 8.* Fodere non voleo & mendicare erubesco. *Jacob Rebuff. ad. d. l. Menoch. arb. jud. cas. 432.* Dantur adhuc in

in Christiana Repb. validi alii mendicantes , Viri scil. religiosi , qui mendicitatem , religionis causa , profesi sunt ex voto , alioqui non inertes , nec otiosi , sed ut liberius Dei ministerio inserviant & suæ saluti insudent , qualium sunt sacræ mendicantium familiae quatuor , divorum Augustini , Francisci , Dominici & Carmelitanorum , instituta eò meliora , quò strictius paupertatis votum observant . Perez , ad text. noſtr. Menoch. arb. jud. Cas. 434. n. 26.

TH. XII.

Si instrumenta rasa , corrupta vel cancellata inveniuntur judicis & partium officium erit , ut dispiciant , utrum magna , an modica rasura sit ; num in loco substantiali an non . Qualis effectus oriatur ex rasura in substantialibus refert Menoch. L. 2. de arb. jud. Cas. 18. occasione l. 1. ff. de his que in testam. delect. ubi literæ in hæreditis institutione abrasæ vid. c. 3. deprobat . Farin. quest. 153. n. 69. Præsumitur autem falsitas , si instrumenta rupta ac lacerata sint , vid. D. Martini ad Proc. Sax. tit. XXV. n. 12. nisi casu fortuito aut dolo adversarii rupta vel lacerata esse constet aut cancellatio sit in tali parte quæ non reddit instrumentum suspectum , tunc enim producens iis nihilominus potest , uti Ruland. P. II. L. 5 c. 29. (?) præsumitur & oritur suspicio falsitatis ex rasura in loco valde suspecto instrumenti , ut induceret æquivocationem nominis , seu dictio nis , quæ haberet vertere animum sapientis in dubitationem Mas card. de prob. Vol. 2. concl. 740. n. 42. item in expressione anni , mensis , aut diei , Ruland. l. cit. (3) si in instrumenti margine aliquid magni præjudicii scriptum sit , Menoch. arb. j. q. cas. 187. (4) falsitas præsumitur in scriptura diversi atramenti . (5) Falsitas præsumitur ex lireris novis in charta antiqua scriptis , Riccius dec. Neupol. P. II.

dec. 10. (6) ob scripturam diversæ manus, in (7) substan-
tialibus scripturæ diversitas i., contrarietas oritur. (8)
ex styli diversitate, si barbara latinitas in scriptura re-
perta & tamen is, qui consuevit literas illas confidere,
erat vir eruditus & latinè doctus, arguitur falsum &
conjecturam facit, quod non scriptor illius, sed falsa-
rius aliquis literas exaraverit. *Oldenkop. Obs. Crim. tit.*
4. obs. 34. Qua inspectione etiam usus aliquando Christia-
nus IV. Rex Danicæ, quando nebulo quidam cauponis
cujusdam Haffniensis manum imitatus & chirographum
scriperat, quo illo affirmabatur illum ante annos decem
mutuò mille thaleros accepisse; Caupo in inferioribus
judiciis condemnatus tandem causam ad summum Auditio-
rium mediante appellatione detulit; Rex hæsitantibus
Consiliariis, animadvertisit, demum, chirographum char-
ta insertum quæ signo molendini ante quinquennium
exstructi erat notata; quo factum, ut nontantum absolu-
veret Cauponem, sed protinus falsarium illud ad pati-
bulum duci jussit. *Dn. D. Hert. in Comment. ad Jurispr.*
Univers. tom. 3. p. 28. m. 248. Testantur alii, fuisse Ro-
mæ quendam, qui ita summi Pontificis Pii V. manum
adulterare potuit, ut etiam Pontifex vix dignoscere po-
tuerit manum suam ab illa; quod crimen tandem fuit de-
tectum & laqueo punitum *Trentacing. lib. 2. resol. 7. n.*
6. Hinc diligentissime omnia sunt perlustranda, nec
inutile erit adhibere peritos Criticos, Notarios, sive scri-
bas qui collationem scripturarum instituant *Nov. 73.*
princ. add. *Mascard. de Probat. Vol. 2. concl. 740.* Menoch. ar-
bit. jud. cas. 187. *Dn. Wildvogelij Diff. de docum. recogn.* Everhard.
de fide instrum. cap. 5. num. 54. *Brunn. cent. 1. Dec. 89.*
Desideratur accuratior inspectio, præprimis in charta,
subtiliter rasa quæ rasura si aliter discerni non possit, ad
solem

solem debet elevari charta & inter solem & oculos interponi, sic evidentius apparebit rasura. *Oldekop. tit. 4. obs. crim. 34.*

TH. XIII.

Plurimum inquirendæ veritati conducat, si coram cognoscere & intueri liceat, quâ vultus constantia, quâ confusione aut perturbatione, quo colore, quâ moderatione aut trepidatione animi quis respondeat, vid. l. 10, ff. Z. 5. de *questio*. Nam, ut Cicero ait 1. *Off.* Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione, aut contractione facile judicamus, quantus sit in homine dolor, aut metus aut tristitia. *Tabor in tract. de Confrontatione.* Hinc Oldendorpius in libro *de testibus* sollicitè monet, quod in testis præsentia multa judici sint observanda, veluti mutatio vultus in pallorem aut ruborem, titubatio & inconstantia loquendi, trepidatio corporis & alia hojusmodi; peccant igitur judices, qui examinandorum testium ministerium in alios rejiciunt; quorsum specta illud Ciceronis in *Orat p. Milone*: Magna est vis conscientiarum utramque partem, ut nec timeant, qui nihil commiserunt; & poenam semper ante oculos versari putent qui peccaverunt. Ex his vero non potest concludi, quod Physiognomia mala sola indicium ad torturam faciat, sed concedo remotum. Nam multi ob periculi magnitudinem & pusillanimitatem ac cordis debilitatem inconstanter loquuntur, pallescunt trepidantque. *Carpz. quest. 120.* n. 77. Et ex facto contigisse, refert Menoch. quendam inquisitum innocentem tamen, cum duceretur ante aulam, ubi aderat equuleus, quo torqueri solent malefici, lotium & sterlus praे timore emisisse de *præsumpt lib. 1. q.* 89. n. 71.

TH. XIV.

TH. XIV.

Sunt qui imaginationem formæ externæ causam putant nec ullam vim similitudinis ad filiationem demonstrandam credunt, cum vagabunda sit imaginandi facultas; quod in totum non est negandum *Salmasius*, *Exerc. Plin.* p. 83. Ast experientia docet, homines nulla sibi planè cognitione conjunctos longoque loci ac temporis intervallo dissitos in vultu ac imagine ex ase convenisse. Hinc alii DD. naturaliter rei similitudinem à rei natura causam habere statuant, quod per similitudinem faciei filiation & fraternitas adminiculantibus aliis conjecturis, probari possit. *Zachias in qu. Med. L. 1. t. 5. q. n. 17. & 18. Gait. 2. obs. 97. Hadon. & Wef. de agnos. & al. lib. n. 4. Menoch. de præsumt. lib. 6. pref. 53. n. 45.* Dicendum igitur verè non probari filiationem ex similitudine, quia fallax est & potest ex multis provenire facit tamen aliquam præsumptionem *Mascard. de pro. deprob. Vol. 2. concl. 792.* Hinc inspectio ocularis hoc in casu non rejicienda. Nec mulier ob dissimilem marito suo filium & ex facie referendem adulterum, adulterii accusari potest. *Hervius ad Univ. Jurispr. tom. 3. p. 227.* quia nihilominus statur pro præsumptione, quòd filius esset mariti & non adulteri, potuit enim id contingere ob cogitationem mulieris tempore conceptionis, *Mascard. de prob. V. 2. c. 788.*

TH. XIV.

Sæpè quæstio de legitima ætate per ocularem inspectionem deciditur, ut si dubitetur, an quis non habeat sufficientem ætatem ad beneficium curatum; vel se dicat majorem, ut ad honores admittatur, ad quos minores non admittuntur, vel rem suam alienare velit, tunc probatio ætatis deficientibus Calendariis Eccles. ex aspectu fit à judice, vel ab iis, quibus judex id commisit.

Mascar.

Mascardus de probat. V. 2. concl. 667. Iudex ergo hominis facie diligenter inspecta, considerata membrorum qualitate, parentum conditione, loco unde natus est, judicabit cuius aetatis is sit, id quod non modo locum habet in aetate juvenili sed etiam in senili. *Menoch. arb. jud. q.L. 2. c. 117.* quam probationem ex aspectu plenam esse, scribit *Bald. Vol. 4. Conf. 120.* alii, aspectum corporis presumptionem tantum inducere, quia non raro adolescentes conspicuntur calvi, ita ut aspectu senes judicentur. *Mascard. Vol. 2. concl. 667.* *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 24. n. 64.* *D. Hertius c.l.* Corporis autem aspectus non intelligitur de pudibundis, nam inspectio illa à jure ut minus verecunda rejecta est §. 1. *Instit. quibus mod. tut. sed, ut scripti, de facie & ceteris membris l. 32. pr. ff. de minor. l. 3. C. si minor sè maj.* Alias in probanda aetate Calendario Ecclesiastico eredendum; est enim scriptura publica & propter autoritatem Ecclesiae & favorem causæ magna fides illi assignatur, *Carpz. de Proc. lit. 14. act. 5. Heigius in Comment. ad Inst. Stryck de Jur. Senf. p. 47.* in probatione filiationis verò & in rebus de magno praejudicio multi DD. fidem hujusmodi libris Ecclesiae detrahunt *Surd. Decis. 83. n. 21. Afin. Prax. Jud. p. 2. c. 46. Carpz. Jpr. For. p. 1. c. 16. def. 8. n. 2.*

TH. XVI.

Inspectio maximè desideratur in corpore occiso, ut de lethaliitate vulneris de omnibus qualitatibus & circumstantiis homicidii constet, *Carpz. Prax. Crim. qu. 26. p. I.* Hinc Iudex ipse vadat vel mittat scabinos una cum Medicis & Chirurgis ad visitandum cadaver & requiritur (1.) Secilio vulneris; (2.) consideratio vulneris exactissima ejusque qualitatum aliorumque examinatio (3) Assertio certa de

Vulne-

Vulneris lethalitate non lethalitate; (4) Assertionis rationes, quas Medici & Chirurgi simul indicare & depromere tenentur. Hæc requisita ad ipsam formam inspectionis requiruntur. Oldekop, obf. Crim. pr. tit. 4. ob. 47. Ob id multi statuunt, inspectionem hanc ita esse necessariam, ut ea omissa, aut ex legum præscripto non peracta, ordinaria sive mortis poena dictari nequeat. Carpz. Prax. Crim. p. 1. Qu. 26. num. 52. Lauterb. de different. Jur. Civ. & Wirtenberg. in caus. crim. §. 12. Welschius Prof. Lips. de Rational. Vuln. leth. jud. c. 2. ubi responsa Facultatis Lips. Juridica & Medicæ exhibet. Ast si vulneratus à vestigio, sive statim accepto vulnere decebat, omissione inspectionis sepulti cadaveris & vulneris ab ordinaria poena non liberat, tunc enim ratio Constitutionis Criminalis. Car. V. art. 147. occisi vulneris inspectionem requirens, hic cessat, quæ posita est in articulo precedenti, 147. si nimirum quis vulneratus post aliquot dies rum interstitium moriatur so einer geschlagen würde und über est. Zeit darnach stirbe / also daß zweifelhaft wären/ ob er der geflagten Streich halber gestorben währe oder nicht. Atqui si mox illato vulnere decebat, ex vulnera decessisse præsumitur, Menoch. de arbit. jud. q. lib. 2. 275. Quis enim desideraret sine absurditate, inspectionem in vulnera capitis jam extinci, ubi effluxit cerebrum, vel si in ventre vulnus illatum & simus effluxit; Brunn. in Proc. Inquis. de inq. gen. c. 7. n. 20. Menoch. arb. jud. qu. c. 275. n. 5. Nec obstat, quod ita saltem sit præsumtio, vulnus esse lethale; ex præsumptionibus autem neminem poenâ ordinariâ esse plectendum traditur in fin. C. de Probat. Ast supponimus arma ad mortem inferendam idonea, unde & animus occidendi infertur & factio ipso illico colligitur:

sic
salut

Sic in Crimine parricidii, infanticidii, latrocini, concur-
rentibus cum rei constante confessione admissi delicti
indiciis, etiam sine inspectione tutò ad ultimi supplicii
pœnam deveniri posse, confirmat *Carpz. Pax. Crim. qu.*
16. n. 13. Si verò mors vulnerati ex intervallo, vel per
accidens sequatur; ut si percussus gladio, vel ligno cadat
in terram & collum frangat; vel vulneratus ob defectum
curæ, vel ob alia symptomata moriatur, maximè aspe-
ctione oculari opus est, *Hahn ad Wesenb. de Sicariis n. 9.*
Si verò cadaver jam sit sepultum, ut ad talem inspectio-
nem perveniri nequeat, necesse est, ut effodiatur, *Berlich.*
Part 1. Concl. 42. n. 31. *Oldekop Obs. Crim. t. 4. obs. 47.* *Damh.*
Pr. Crim. c. 7. n. 1. quod prajudicio confirmat *Carpz. P. Rer.*
Cr. P. I. q. 26. Und in Fall solche. Hinc Clericis quibusdam
in locis prudenter injunctum, ne patientur cadavera vi-
olenta morte defunctorum sepeliri, nisi prævia inspectio-
ne justitie & mandato sepeliendi. *D. Hert. ad Jpr. Uni.*
vers. p. 3. p. m. 239. *Carolus de Mean ad Jus Leadinens. Obs. 604.*

TH. XVII.

Dantur non pauci, qui effluxum sanguinis homi-
nis occisi, vel cadaveris ad præsentiam, l. tactum occiso-
ris indicium factæ cædis esse, affirmant, *Paris. de Puteo*
tract. de syncret. verb. tortur. cap. 3. *Menoch. A. J. Q.*
lib. 2. cas. 270. Ajunt esse opus divinum & naturale,
quia sanguis clamat vindictam contra imperfectorem.
Gen. 4. ibi. *Sanguis de terra clamat & exposcit vindictam*
Bær. decis. 166. Refert Henricus Ranzovius de quodam
cursore Regis Danie exemplum, ad cadaver hominis,
à se imperfecti, adducto, quod nimis sanguis profluens
authorem prodiisset; Ex quo factum esset, ut Christia-
nus secundus, Rex Daniæ dictum modum explorandi cæ-
dium

dium authores in toto regno suo observari admiserit,
Gilhaus. Arb. jud. Cor. pag. 7. c. 6: de qua^{st.} num. 79. Rationes
illius demonstrare vult Hieronym. Maggius lib. 3. Miscell.
c. 3. Ut tamen certum aliquod indicium inde eliciamus,
& vel ad omissionem, vel institutionem processus hinc
argumentum liquidum sumamus persuaderi nondum
possimus. Ott. Tabor. in Diff. de Confront. p. 152.
Nec illorum sententia satis probata videtur, qui ejusmo-
di effluxum semper à divina virtute proficiunt, colligunt;
ut Coring. de form. iud. §. 267. Nam anima semel è
corpo egressa non nisi divina potentia in id reverti po-
test. Bökel in Disquis. de publ. jud. disq. 6. p. 122. Deus
vero raro facit miracula, plerumque res humanas mo-
deratur modis humanæ naturæ congruentibus. Res
magna sit op̄oret, propter quam naturæ leges excedan-
tur. Causæ autem nullæ possunt adduci, ut non aliae
æquè validæ diabolum possint indicare effectorem Her.
in Jurispr. Univ. p. 3. p. m. 243. Heig. p. 2. qu. 39. n. 96.
Gomez. 3. var. resolut. 15. Fieri enim potest ut sanguis
qui in venenis delituit, agitato motoque corpore & ve-
narum oris reseratis erumpat, vel casu sanguinolentus
liquor per os, nares, oculos, aures infernasque sedes
emanet. Math. Steph. in cent. qua^{st.} jur. ad Inst. cent. 4.
qua^{st.} 17. Zanger de tortur. cap. 2. n. 160. Nec simpliciter
rejicienda illorum locorum statuta, quæ modum
hunc probandi retinent, quemadmodum de Bavaria,
Franconia & aliis locis exempla laudat Besold. in thes.
pr. pr. verb. Baar. Recht. vid. Ordin. Hasso-Darmstad.
D. Georg. II. gloriiss. memoria Landgraviij A. 1639. pro-
mulgata tit. 2. maximè si fama concurrat & inimicitia
seu iactatio inculpati adprobetur. Masicard. Vol. 2. de
probat.

centib

probat. concl. 867. n. 27. Brunn. in Proc. Inquis. cap. 7.
de gen. inquis. n. 30. Huic probationi annexunt alii
supernatationem sagarum, qua licet in Westphalia pro
licita & probabili quondam admissa sit, Christ. Crucis p. 2.
de Judicis cap. 32. n. 19. D. Corring. de form. jud. §. 267. Ast
quia neque in Sacro, neque Caesaris Codice hunc mo
dum approbatum legimus, sed Legibus & Patrum sanc
tis magis adversatur arg. leg. ult. C. de probat. c. consu
luit. 2. quest. 4. & species Idolatriæ est, veritatem ab
Elemento aquæ exquirere & idolum in ea fabricare, me
ritò prudentiores periculorum hunc ludum damnant
ut temerarium. v. Speidel in notabil. lit. H vers. Irratio
nabilis Bergeniam in Norvegia consuetudo. adde Schotte
lium libr. de singular. quibasd. & antiqu. in Germanio. jur.
c. 3. Nec resistunt asseclarum rationes & exempla (1)
quod nempe veneficæ conjectæ in aquam non submer
gantur propter exutam veri hominis proprietatem & as
sumtam levem naturam in corpore sagarum & quidem
satanicam, quamvis magna super injecta gestet pondera.
Aruncus Exercit. Justin. Disp. ult. th. penult. unde et
iam fiat, quod Sagæ propter levitatem brevissimo tempo
ris spatio unâ nocte innumera peragrent milliaria. Ad
resp. negando: Quis enim ita extitit absurdus, qui vene
ficas etiam post ictum cum Diabolo fœdus corpus & ani
mam rationalem, res sc. ipsam hominis substantiam con
stituentes retinere, negare unquam ausus fuerit; nec il
lud magarum levitati, quando inter breve temporis spa
tium tot innumera peragrant milliaria, sed Dæmonis tri
buendum est potestati, qui non tantum veneficos, sed
& cum illis homines alias mugæ prorsus ignatos ad ma
gorum, ut dicunt conventus tanta ducere exportareque

C 3

solet

soleat velocitate, Adam. Struv. *Dissert. de Indicis Heinr. in Disp. de proba per ignem &c. aq. fol. 10.* Licet interdum fieri possit permittente Deo ex potestate Diaboli, quam à Sagam submergi nequivisse: Interim tamen ex iis *Jus sumere specialesque eā de re condere leges, nullo modo videtur rationi cotgruum.* alleg. Struv. *Gœdelm. in resp. ad Secret. Civ. Wesp. & in Tr. L. 3. cap. 5. num. 35.*

TH. XII.X.

Quod stigma à Dæmone impressum, sit indicium Magia desumunt Cruf. de Indic. p. 2. c. 32. Berlich. part. 4. concil. 4.n. 153. & Danæus in Dialogo von Zauberern cap. 4. putat, Satanam iis tamen notam inurere, quos metuit, pactum suum deserturos, aliis verò, quos constantes esse sperat, non item. In viris tamen notam ejusmodi apparere ut plurimum in dextro humero, inter labia, in palpebris, nonnullis in sede ut non facile revelentur. In fœminis ad femur, sub axillis, aut genitalibus, vid. Carpz. Prax. Crim. p. 1. qu. 48. n. 51. Damhud. Prax. Crim. c. 6. n. 134. Quæ signa, vel stigmata si extant, ocularis inspectio locum habet ac secundum ejusmodi stigmata sèpius judicatum fuisse, refert. Osterm. tr. de stigm. Secl. 8. p. 24. & D. Carpz. Pract. Crim. p. 1. q. 18. qui in hanc quoque sententiam concedere videtur. Sed huic sententia tam simpliciter adstipulari non possumus, potest enim aliquis habere naturales notas, vel in utero materno, quando sit sepiissimè, maculas quasdam receptas & cum homine natas, vel cicatrices, vel locos alios de causa sensus expertos, veluti carnem spongiosam Oldekop. de Apell. qu. Crim. qu. 10. pag. 294. Zachias in Quest. Medic. Legal. l. 7. tit. 4. ut injustum sit, ex talibus dubiis, absurdis & frivolis signis ad torturam procedere. Joan. Jordanens ss. Th.

Th. D. pecul. lib. prob. Stigm. contra Oßermann, Birnsfeld Indict. 14. Aliud autem est, quando tale stigma est inconsuetum & insensibile, ita, ut cum naturali ratione non conveniat, tunc saltem mala fama inde oritur. Quando vero denominatio socii Criminis & alia adminicula concurrunt, tunc dubium non est, ad torturam procedi posse, aliter autem non. *Gökaus. in Proc. suot. 2. in concl. p. iii. § 112. Matth. Parisiens. in Henrico III. Paulus Venetus in Region. Chient. l. 3. c. 43. Petr. Bizarinus l. 10. rer. persic. Hertius in Jspr. Univ. p. 3. p. m. 238.*

TH. XIX.

Ac sic dantur lites, quas judex sopire non potest sine adhibitione peritorum, quibus in unaquaq; arte standum. *l. 1. perf. de ventr. inf. Sic Medicorum iudicio super morbis, aut vulneribus, sint lethalia, nec ne;* & an sit remansura cicatrix credendum est. *Mascard. de prob. vol. 3. concl. 1169.* Etiam Chirurgi adhibendi, nam Chirurgia est pars Medicinae & sub nomine Medicorum apud Romanos Chirurgi comprehenduntur *l. 1. §. medicos. 3. ff. de extraord. cogn. Klock. Vol. 1. Consil. 10. n. 478. Stryck. de jur. sens. p. m. &c.* Requirit D. Bohnius *Specim. 1. Medic. forenſ. §. 23.* non consores quovis & rerum harum, quæ ad artis peritiam faciunt, maximè ignaros, sed in anatome versatissimos Chirurgos Medicosve Chirurgicos *Hertius in Comment. ad Jurispr. Univ. tom. 3. p. 253.* Si queratur, an partus sit immaturus, nec ne obstetricum iudicio statut nam obstetrices de medicorum numero sunt. *Alex. cons. 15. Vol. 1. item, si mulier de infanticio suspecta; aut ubi de virginitate est quaſtio Mascard. de prob. V. 3. concl. 1169.* non vero debent esse nimis juvenes, propter inexperientiam; neque nimis vetulæ, propter visus deficitum

fectum. *Pacian.* lib. 1. de probat. cap. 47. num. 128.
Stryk. de de Jure sens. p. m. 69. Ianè eas artem profiteri &
medicinam exhibere, docet. l. i. de ventr. inspic l. i. §. 2.
de extraord. cog. Si Lis sit de finibus adhibentur agrimen-
sores, quorum officium non est judicare, sed tantum ter-
minos five fines monstrare & ponere, quos judex senten-
tiā suā confirmat l. 8. §. 1. ff. & l. 3. Cfin. regund. vocantur
etiam Sefer / quorum officium latissimè describit Gil-
hausen arb. jud. cap. 6. p. 2. art. §. 10. de Commis. si
tractatur de domo, ad Architectos recurrendum; si sar-
tores vestimenta; panifices lanas aurifabri argentum &
aurum; animalia opiliones & lanitones; rustici agrorum
reditus. *Mascard.* de probat. Vol. 2. concl. §. 3. *Mangilius* de
subhast. qu. 59. 89. 112. Si scriptura sit de manu alicuius,
statur iudicio peritorū per comparationes literarum p. L.
20. C. de fide instrum. Alex. Conf. 87. vol. 7. *Menoch.* de arbitr. jud.
lib. 2. cent. 2. cas. 113. n. 26. num vero solus judex comparationem
literarum facere possit, ambiguitur affirmat hoc
Bald. in l comparationes C. de fid. instr. *Carpz.* de Proces.
tit. 14. art. 3. n. 74. negat vero Brunn. ad Proc. Civ. cap.
19. de instrum. num. 20. quia judex videtur personam tellis
induisse, nisi forte etiam Assessoribus nota sit manus,
Nicolaus de passeribus l. 2. de script. privat. n. 40. Licet alias
comparatio literarum plenam fidem faciem videatur, ut
doeet Brunnem. ad Auth. hac C. de fide instr. Alber. ad l.
20. C. de fide instrum. ast sàpe fallax ac déibile judicium ex
comparatione literarum oritur, *Carpz.* part. 1. Conf. 17.
decis. 12. num. 4. Coler. Proc. Exec. part 3. cap. 9. num 96.
Perez. ad C. de fid. instr. num. 24. certos hac de re casus vid.
apud Mascard. Vol. 2. concl. 330. num. 9.

TH. XX.

Ad formam porro pertinet, quod inspectio ad in-
stantiam

stantiam partis, vel ex officio concedatur *Rulant.* cit. loc.
cap. 5. *Mevinus* p. 5. d. 310. a. 7. *Alexander.* Vol. 1. cons. 116.
n. 1. *Ast* *Judex* omnes circumstantias examinabit non-
temerè eam decernet *Brunn.* ad L. 8. ff. fin. reg. §. 1. n.
10. *Martin.* ad Proc. Sax. L. all. Sic novimus, dicit D. Her-
tius c. L. jactanti, vitium virginis à se illatum, cum hoc pro-
bare iussus, nota in secretiore virginea corporis parte à
se observata inspectionem urgeret, id denegatum esse à
Collegio JCIorum Kiloniensi: Weiln der gleichen Inspection
nicht geringe Schmach mit sich führet und derowegen keine
geringe Injuria ist/da sie nicht aus rechtmäßigen und erheb-
lichen Ursachen geschehen: v. l. 1. pr. §. 8. ff. de ventr.
insp. vid. *Mynsing.* resp. 16. Dec. 2. n. 45.

TH. XXI.

Periti, quotquot sint, jurati esse debent p. L. com-
parationes. C. de fide insp. & L. 6. §. 1. C. de secund. nupt.
nec distinctione opus esse arbitror, an periti à solo judi-
ce, an de consensu partiū electi sint, cum nechoc casu sine
juramento, eorum fides videatur ab utraq; parte probata.
Paciam. c. 46. de prob. n. 22. *Mynsing.* cent. 6. obf. 32. n. 13. nam
electi à partibus ita videntur electi ut ea, quæ juri communi
sunt consona, præstent, quemadmodum de testibus sta-
tuitur. *Rulant.* de Commiss. p. 1. lib. 4. c. 10. num. 3. Hinc
Medico injurato non creditur. *Mascard.* de prob. Vol. 2.
concl. 1037. n. 34. *Carpz.* p. 1. quest. Crim. 26. n. 38. *Covar-
ruv.* lib. 2. variar. resol. cap. 13 *Gail Lib.* 2. obf. III. Item
nec obstetrici, nisi jurata per L. 3. s. de jure jur. form. Juram
apud Volkm. de Notar. p. 4. cap. 10. n. 12. *Mascard.* de
prob. Vol. 3. concl. 1208. n. 6. *Ast* præstant juramentum,
tantum de credulitate, cum deponunt super re, quæ de

D

natura

natura non percipitur oculis aut sensibus aliis corporeis,
sed ratione & judicio intellectus veluti si deponat de'va-
lore rei. Valor enim non percipitur oculis, sed ratione
judicatur ; in his ergo testis de credulitate, dummodo
rationem assignet dicti sui fidem facit, *Bald. in l. testium*
C. de testibus Mafcard. de probat Vol. III. concl 1357. num.
10. II. hinc, eorum judicium & sententia nunquam tran-
sit in rem judicatam , adeo ut si apparet, quod relatio
medicorum non fuerit bona, possint etiam post tempus
datum & appellandum peritiores assumi & judex muta-
bit sententiam Mafcard loc. alleg. Si vero peritia artis
circa illas versatur , quas scire certò possumus , & quæ
certas habent regulas, tunc de veritate jurandum. Zaf.
in l. II. ff. de dam. infest. Rulant. c. I. n. 16. Sic agrimen-
sor jurat de veritate facti, vel modi, Pacian. cap. 27. n.
18. Rulant. c. I. n. 8. c. 20. A juramenti præstatione im-
munes videntur illi, qui separatim ad officium visitandi
destinati , nam non tenentur jurare in qualibet visitati-
one vel relatione , sed sufficit, quod initio officii semel ju-
raverint. Clariss. in Prax. Crim. §. homicid. n. 43. Ma-
scard. de probat. Vol. II. 1037. n. 36. Carpz. Pract. Crim.
p. I. qu. 26. n. 40. quod Rulant. c. I. c. 15. ad Doctores &
Licentiatos extendit. Nemo enim præsumitur venire
contra juramentum , semel præstitum , & immemor sa-
lutis æternæ Mynting. cent. 6. Obj. 23. Schenk. in Progy-
mnasmat. fori tit. II. n. 126. lib. 2. Rulant. c. Ic. 10 Stryck.
de Jure Sens. c. 2. n. 37. Sed hoc in Praxi sape non ob-
servatur testante Rulant. c. I. n. 2. Sæpe etiam accidit, ut
à partibus remittatur juramentum, quod verisimum vi-
detur , si in favorem partium solùm hæc jurisjurandi con-
ditio introducta sit Pacian. d. I. n. 22. Rulant. c. I. n. 8.

TH. XXII.

TH. XXII.

Ocularis inspectio quot mulieres , quot Doctores seu peritos artis suæ requirat , certè nondum satis constat Si enim certus numerus in Commissorali Decreto , vel à Lege præscriptus sit tunc alios non esse addendos, tradit *Mafcard. Pacian. cap. 47. lib. 1. num. 36. de probat.* Alii ad (1) evitando sumptus uni fidendum putant , eamque sententiam veriorem dicunt ; *Bursat. cons. 57. num. 22.* Alii (2) distingvunt , an causa sit ardua , vel facilis & parvi momenti ; posteriori unum sufficere dicunt , si plures in promptu non essent , *Abbas ad c. 4.n. 5. coll. 2. in fin. X. de probat. Alciat. ad l. l. §. fin. num. 2. ff. de Verb. ob. Ruland. de Commiss. P. 1. lib. 4. cap. 5. quia in magnis demum cautius agendum , Pacian. de probat. lib. 1. vap. 46.n. 30.* Alii (3) num in loco , ubi artifices assumendi plures reperiantur ; & hoc casu unum non sufficere afferunt , *Mafcard. de probat. Vol. III. concl. 1169. n. 45.* tutius enim videtur quod à pluribus refertur & judicatur . *Rebuff in tract. de magistr. act. 2.n. 13 Ludo decif. 7. num. 9.* Non desunt qui unum tunc sufficere volunt , quando is ex publico sit lalaratus vel aliàs peritissimus majorisq; autoritatis cuius dictum sufficeret , arg. l. 7. ff. de stat. hom. *Felin. in C. X super his ad fin. Tiraq. in tract. de poen. leg. caus. s. I. num. 108. Menoch. de adipisc. Poss. remed. V. num. 162.* Alij (5) si ars certis præceptis constet putant , unum sufficere , l. si consensu partium unus esset electus . *Menoch. cit. loc. Masaad. de probat. Vol. III. concl. 1169. Felin. ad ad c. 14. X. de probat.* Verum enim verò in primo casu periti comparantur testibus , unum autem testem non sufficere , certum est , *Gail. 2. obf. III. num. 3. Ruland. de Commiss. cit. loc.* In casu secundo distinctio hæc simpli-

D 2

citer

citer non est admittenda: Licet iā magnis cautius agendum, ob id tamen in parvis juris solennitates & requisita ad actum necessaria non sunt penitus negligenda, ut in l. i. pr. de ventr. infp. ubi nulla distinctio an causa sit magna, l. parva. Tertia sententia videtur dubia ex eo, quia absentia talium personarum non debet lacerare jus alterius, neque ad certum locum ars adstricta est, ex vicinis igitur locis alii advocandi sunt. Alciatus in l. i. §. eadem an alia, de verb. oblig. Rulant. cit. loc. Quarta opinio nec firmiter subsistit: Nam sicut testi uni, quantumvis in magno dignitatis gradu posito plenē non credatur, nec ullus datur peritus, qui non aliquando labi possit. Alciat. c. l. Ob id multis displicet sententia Gailij lib. 2. Obs. III. n. 6. qui unum Medicum insignis Reipb. à senatu receptum admittit, ut is solus cognoscere possit de vulnere per L. f. C. de probat. Quinta sententia ratione non destituitur, si agatur de re facile cognoscenda & de qua vera notitia haberi potest, ut in uno Pictore, uno Nuncio. Rulant. cit. loc. num. 10. Et quod partes plures non elegerint, sibi imputare debent. per L. 27. §. statu f. de recept. arbitr. Omnino respiciendum puto, an alege l. statuto certus numerus praescriptus, vel consuetudine receptus, tunc illum observare utique debemus, alias nullitas apparebit. D. Hertius in Comment. ad Jurispr. Univ. tom. 3. p. 255. & si in illo loco non repellantur, extra quarti debent. Mafcard. de probat. Vol. 3. concl. 1169. n. 34. Rulant. cit. loc. n. 18. Paccianus d.l. 47. n. 36. In inspectione mulieris, negantis se prægnantem esse, tres obstetrices requiruntur; si affirmat, quinque l. I. de ventre insuffiendo. In agri mensore singulari jure receptum,

ceptum, ut si solus sufficiat in dirimendis agrorum finibus, l. 3. C. fin. reg. l. 8. pr. ff. fin. reg. idque ideo, quod finium agrorum veram notitiam habere possit agricultor. In Ordin. Crim. Caroli V. unus videtur sufficere, si plures haberi nequeant per art. 149. ast. Carpz. in Qu. Crim. 26. n. 8. utitur plurali in his verbis, ut Judex ipsem et vadat & mittat scabinos una cum Chirur-gis & Medicis ad visitandum cadaver. Certo periculo-
sum videtur, in genere unius periti judicio stare. Joach.
Scayno Decis. Bonon. 12. n. 70. Hinc in Camera duo ple-
rumque nominari & exprimi solent, quae est communis
DD. opinio. Rulant. c. 1. Reiner Budel. de Monet. n. 13.
D. Lauterbach. Different. Crim. Jur. Civil. & Würtenb.
§. 12. D. Hertius in Comment. ad Isp. Univ. Tom. 3. p.
m. 256. in fin. Masc. de prob. Vol. 2. 90. l. 1037. n. 22. Nec
rejicio cautelam illorum, qui tres adhibent inspectores,
ne dissentientibus, vel discordantibus partes inanibus
sumptibus, novisque eligendis, aut tertio post actum ex-
peditum de novo adhibendo, graventur. Rulant. loc. cit.
Hinc dissentientibus peritis, peritoribus est credendum
Mafcard. Vol. 3. concl. 1175. n. 39. & quod pro absoluven-
do conducatur, considerandum. Mev. p. 2. Dec. 261. num. 6.
Quod verò Chirurgo de lethalitye vulneris magis, quam
Doctori Medicinae deponentibus credendum, de hoc
dubitatur. D. Hertius in Comment. ad Ipr. Univ. pertom. 3.
p. m. 278. D. Strych. de Jure Sens. c. 2. num. 21. similem
casum habet Aretin. in Conf. 142. num. 19. Dom. Cardi-
nal Tysch. Concl. Pr. 286. num. 70. lit. P. ubi magis Me-
dico quam obstetrici de virginitate deponentibus creden-
dum. Hi Periti rationem asserti sui reddere tenentur
præprimis, Mafcard. de Probat. concl. 1369. num. 39. &

ob id judex pro lubitu ab illorum iudicio recedere non potest. *Mev. p. 2. Dec. 261.*

TH. XXIII.

Ocularis inspectio est quidem species probationis, ideo tunc fieri debet, quando aliae probationes requiruntur, *Rulant. de Commis. p. 2. lib. 3. cap. 3. pr. Mev. p. 4. Decis. 139. n. I. p. 6. Dec. 296. Stryck. de jur. sens. p. m. 60.* sed saepe viam probandi praecedit, vel fines illarum egreditur. In variis iudicij partibus recte peragitur inspectio, ut etiam ante item contestatam illa locum habere possit. Sicut alias testium productio ad perpetuam rei memoriam fieri potest, sic etiam, si inspectio testibus ad perpetuam rei memoriam audiendis adminiculetur, *Rulant. L. 2. c. 3. n. Stryck. l. c. nec differentia, quæ alias inter actorem & reum, examen ad rei perpetuam memoriam petentem, hic negligenda est, Rulant. p. 2. lib. 1. cap. 3. Gail. lib. 1. obs. 92. num. 9. Brunn. in Proc. Civ. cap. 20. num. 85.* item si petatur ideo inspectio, ut constet, quæ & qualis actio instituenda Hert. in Comment. ad Jurisprud. Univ. v. g. in novi operis nunciatione, *Rulant. p. 2. lib. 3 cap. 3.* ut & in vulnerato &c. Post publicata attestata inspectionem adhuc admitti, testantur Martin. ad ord. Proc. Sax. tit. 28. num. 14. Richter. p. 3. dec. 100. n. 13. Nicolai in Proc. part. I. cap. 48. Philip. in Ord. Proc. Saxon. ad tit. 28. & sic pronunciarunt Scabini Lipsienses ao. 1700. vid. D. Rivini enunciat. jur. ad tit. 28. Proc. Saxon. enunciat. 6. quod adeo extendunt, ut etiam post rem judicaram oocularis inspectio concedenda sit Brunn. in Proc. Civ. cap. 22. num. 2. Berlich. concl. 47. num. 31. quæ sententia multis suspecta videtur propter L. 4 C. de re jud. ubi res judicata ob reperta noviter instrumenta plerumque retractari nequit. Klock. Relat.

Camec.

Camer. 36. num. 185. Etiam ocularis inspectio in appellacionis instantia & ipso executionis actu determinitur. Berlich. p. 1. concl. 47. num. 32. Philipp. in Ord. Proc. Sax. tit. 28. num. 3. quia sententia per evidentiā facti talis in rem judicatam nunquam transire solet c. fraternit. X. de frigid. & malefic. quæ omnia approbavit Ord. Judic. Sax. tit. 28. in pr. Præsumitur, testes antea produclos esse fallitos, aut instrumenta falsa, aut judicem saltem errasse, L. 33. ff. re jud. Sed hæc doctrina locum non habet, si insuper requirantur & accedant rusticorum testimonia; v. g. hunc acervum lapideum esse terminalē; tunc post conclusio-
num in causa ad novam inspectionem provocare non licet propter metum subornationis, Brunn. in Proc. Civ. c. 22, n. 2.

TH. XXIV.

Post sententiam ex juramento, vel jurata estimatione latam, ocularem inspectionem rejiciunt simpliciter Berlich. p. 1. concl. 47. n. 6. Card. Tusch. concl. 776. n. 13, quia jusjurandivm transactionis habet l. 2. ff. de jurejurando. nec voluntario juramento transacta negotia, ob instrumenta noviter reperta, retractare licet, l. 31. in f. de jurej. conf. L. 10. C. de transact. l. 4. C. de re judic. neque sub prætextu perjurij sententia retractanda. per L. 2. ff. de jurejur. l. 9. §. 1. al. tit. Verum hoc indistinctè non procedit, sed adhibenda omnino declarationes, quas communiter DD. allegant, sc. distingvendo an agatur de juramento necessario, quod inopia probationum à judice litigatori imponitur, an de judiciali, quod à parte parti in judicio defertur. Illo casu ocularis inspectio adhuc permittitur, secus quam posteriori casu. Brunnem. d. c. 22. num. 3. Martin. ad Proc. Sax. l. c.

TH. XXV.

TH. XXV.

Debet autem inspectio fieri præsentibus partibus, quorum de præjudicio agitur, nec distingendum puto, an partium consensu fiat electio; an à solo judice ex officio, sicut docet Pacian, l. 1. de Probat. c. 47. n. 124. Rulant. de Commisj. p. 1. L. 4. c. 4 n. 4. Sed judex competens emitteat ad partes citationem Ord. Proc. Sax. tit. 28. §. 1. In Beyseyn der Partheyen/ so hierzu vorgeladen ubi Philipp. conf. n. 1. adeo, ut si in partium præsentia facta non sit, actus est ipso jure nullus, utpote contra expressam Constitutionem suscepimus. Mervius p. 5. Decis. 226. n. 4. Hinc hora & dies inspectionis ipsis debet præveniri, ut producens primam demonstrationem loci controversi faciat, & productus ea quæ falsa à parte adducta video, in continentि refutet & juri suo invigilat, si forsitan personæ inidoneæ, seu suspectæ ad inspectionem sint electæ & ut possint contra easdem interrogatoria sua proponere. Brunn. in Proc. Civ. p. 2. 22. n. 9. art. 2. §. 7. Gilhaus. in arb. jud. Civ. c. 6. p. 2. art. 2. §. 7. Martin. l. c. Rulant. p. 2. lib. 3. c. c. 1. n. 14. Sic ad exemplificationem citandos eos quorum interest, dicunt Mascara. concl. 711. n. 24. Christin. vol. 2. Decis. Belg. 78. n. 4. Mynsing. 6. Obs. 73. n. 19. vel hoc fieri potest actione interventionis judici, vel Commissario oblata dummodo prius interesse suum summatim, vel unico teste, vel instrumento, vel alio modo doceat. Ord. Proc. Sax. tit. 15. ibique Philipp. conf. 1. nam autor ad uit. 35. Ord. P. S. conf. 8. n. 1. In Certis vero casibus citatione partium opus non est, ut in vulnerum inspectione Carpz. part. 4. Conf. 44. Def. ult. n. 2. sic & in inspectione carceris Gail. 1. Obs. 26. n. 9. Hertius in Comment. ad Jsp. Univ. Tom. 3. p. 264.

TH. XXVI.

TH. XXVI.

Sic & Testes ad inspectionem ocularem non solum citandi & ad id cogi possunt per L. 6. f. de muner. & honor. Gail. lib. I. obs 100. n. 2. Jure & Sax. contumax testis poenâ decem aureorum Rhenensium multatur Ord. Proc. Sax. tit. 22. in pr. Sed & una adducendi, quod tandem melius de omnibus circumstantiis interrogari possint & judex informetur, ut firmam sententiam ferat Brunn. in P. C. c. 22. n. 7. Martin. Ord. & tit. 28. Sic Commissarius ad examinandum testes datus, eos simul inspectioni oculari adhibet, ductus ex ratione, quod oculorum ministerio certius res cognosci & accuratius demonstrari possit, præprimis, si utraque pars consentiat, vel testes aliter, vel planè non aut dubitanter tantum deponere, nec articuli, nisi in rem præsentem veniatur, intelligi possint. Brunn. Proc. Civil. cap. 22. num. 7. Rulant. l. 3. c. 11. vetet tamen Commissarius, ne testes inter se hac de re confabulentur, sed memores jurisjurandi sermones usque ad finem examinis contineant. Et regula, riter petens inspectionem demonstrat ita tamen ut altera pars falsitatem demonstrationis aut errorem corrigeret non prohibeatur.

TH. XXVII.

Si igitur de ritè ac formaliter peractâ ac insinuata ciratione constet, & reus emaneat, is perdit beneficium excipiendi contra Commissarium & testes, & hac absentia non obstante commissio inspectionis peragitur. Rulant. p. 1. lib. 2. c. 13. n. 91. Maranta in tr. de contumacia P. 6. n. 19. D. Leiser. in Dissert. de Ocul. Inspl. §. 19. nisi reus Procuratorem cum speciali mandato ad inspectionem ocularem mittat. Rulant. p. lib. 3. c. 8. n. 5. Si vero producens in terminio se non sistit, auctiori mandato ad id compellitur, eo iterum absente, si necessarium sit,

E

ut

ut res oculis supponatur , certa persona juxta articulos
demonstrans rem assumitur & inspectio sic perficitur.
Autores *Cit.* Sic & si à possessore illarum rerum, ut res oculis
subjiciatur impeditur, tunc mandatis poenalibus opus erit
Ruland p. 1. l. 4c. 8 ita mulier certis casibus cogitur corpus
suum dare inspectioni. *Pacian*, in tr. deprobat, c. 63. n.
123. De instrumentorum editione vid. *Ord. Proc. Sax.*
tit. 26. §. würde sich aber jemand. *D. Philipp*. ad. d. tit.
26. conf. §. unde tertio sape præstationes dantur de non
præjudicando juri suo.

TH. XXVIII.

Inspectores honorarium à partibus accipiunt, per L.
i. ff. si mens falsi, mod. dix. Quis vero sumtus inspectio-
nis ferat queritur. Et distinguitur; quis illam impretra-
verit & hoc casu sit sumptibus impetrantis, *Berlich*, p. 1.
concl. 47. n. 37. *Bocer*, class. 6. *Disp*. 26. §. 36 *Brunn*, in
Proc. Civil. c. 22. num. 5. Si vero iudex ob partium com-
mune commodum vel ex officio , vel ad instantiam
utriusque instituat, ab utraque parte sumtus erogandi.
Martin, ad *Proc. Sax*. tit. 28. n. 37. *Brunn*, de c. 22. n. 5.

TH. XXIX.

Quodsi jam Ocularis Inspectio ritè ac legitimè fue-
rit perfecta , referri ea debet in Rotulum , cui succedit
ejusdem publicatio , regulariter ad producentis instan-
tiā à judge , partibus ad eam citatis, peragenda ; dein
de rotulus seu attestatio super inspectione concepta par-
tibus est communicanda , quæ desuper audiuntur & si
quid ex ea, vel contra eam monere velint , deducant tan-
demq; in causa concludant; alias sententia, intempestivè
pronunciata , erit nulla. *Mevius* p. 3. *Decis*. 215. n. 4. §
p. 4. *decis*. 354 *Rulant*, p. 2. lib. 3. c. 14. n. 1. *Hertius* in
Comment. ad Jurisprud. Univ. tom. 3. p. 267. Nam so-
la artificium sententia relationi annexa rem judicatam
non

non facit. *Mervius p. 8. dec. 26.* Aliter enim, si à judge ante conclusionem in causa fuerit observatum, sententia nullitatis vitio laborat, quippe contra ordinem judiciorum lata. *l. 4. C. de sententiis & interl. l. 8. S. 1. ff. fin. reg. ibique Brunn. n. 10.* Quanquam vero aliás, qui reprobationem den. Gegenbeweis suscipere velit, id agere debet ante publicatas attestations, vel saltem post citationem ad publicationem attestatorum, articulos offerre tenetur. *Carpz. in Jurisprud. for. part. I. Conſt. 16. def. 16.* *Nicolai in Proc. part. I. cap. 48. n. 14.* *Struv. Synt. J. C. Exerc. 28. n. 47.* peculiare tamen quid servatur in Oculari inspectione, ita, ut adversarius se defendere volens, etiam post publicationem attestatorum jura allegare non prohibetur. Post publicata attestata sequitur disputatio & in causa concluditur, & fertur tandem sententia. *Brann. in Proc. c. 22. n. 24.*

TH. XXX.

Contraria inspectionis multis modis occurunt sic (1) quod inspicendum est in oculos non incurrit nec in sensum cadit ob defecum objecti necessarii *Mervius p. 4. Dec. 139. n. 1.* (2) si fiat à Judge incompetente quod adeo involvit contrarietatem ut inspectio facta nullus momenti sit (3) si facta fuerit absque causa cognitione *Mev. cit. Dec. n. 3.* vel litis contestationem ante vertat ob inversum procedendi modum, quippe species est probationis actusque judicii substantialis *Mervius Dec. n. 4.* quod limitationem admittit in casu, qui moram non admittit *Rulant. p. 2. lib. 3. n. 1. seqq.* (4) si nulla prævia citatione instituatur, alterum litigantium absente, quorum prætentia omnino requiritur *Covarruv. l. 2. var. Ref. cap. 13. n. 5. Ord. Pr. Sax. tit. 28. pr.* (5.) irrita redditur inspectio, quando non observavit Commissarius limites mandati *Rulant. p. 2. lib. 3. c. 14.* (7) hoc quoque referri potest prescriptio longissimi temporis *fin. C. fin. requirid. & ibi DD.* quod tamen de finibus Parochiarum qui nullo præserbuntur tempore e. pen. X. de Paroch, intelligi debet.


TH. XXXI.

Ad affinia pertinente videntur (1) documentorum inspectio l. 6. ff. de transact. (2.) literatum comparatio, hæc quomodo ritè

instituatur, docet l. 20. Cod. de fide instrum. Carpz. lib. 3. resp. 84.
(3) Peritorum judicium, à quo judex, ne litem suam faciat, temere
non recedat (4) domestica persecutatio in alienis rebus institu-
enda rerum furto ablatarum causa qua tamen circumspecte fieri
debet. Ber. Dec. 14. add. Gelli N.A. lib. 16. c3 19. Webner in
voc. Haupf-Siebung.

F I N I S.

S. D. G.



COROLLARIA.

I.
DE Religionē disputare licet.

II Imperator nec à Pontifice nec Electoribus nec sta-
tibus Imperij deponi potest.

III. Imperator solus iudicat de feudis regalibus ex-
clusis Paribus Curia.

IV. Unus Elector plures tenere potest Electoratus.

V. Electores & Principes Imperii possunt nobilitare
in suis territoriis.



ULB Halle
005 355 370

3



B.I.G.



DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
JUDICIO OCULARI,
Quam
SUB PRÆSIDEO
DIVINÆ MAJESTATIS
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO
PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE de BOINEBURG,
SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-
SIARUM MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIIQUE
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c. &c.
PRORECTORATE MAGNIFICO
Dn. JOANNE PHILIPPO Streit / J.U.D.
Regiminis Electoralis Moguntini Consiliario & Facult. Jurid.
p. t. DECANO,
Ex Decreto & Authoritate Magnifici Jutorum Ordinis
IN ACADEMIA ERFURTENSI
PRO LICENTIA
Summos in Utroque Jure HONORES & PRIVILEGIA
DOCTORALIA capessendi
In Auditorio Juridico Majori
Die 4. Maii horis consuetis
publice defenderet
CHRISTIANUS SIEGFRIEDUS Hahn / Lsaltzenf.
Erfordia, Typis Groschianis, Acad. Typograph.